



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

VI. An pœnitens obligari possit ad detegendum extra confessionem
Episcopo peccatum reservatum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

missum sit, si sacerdos potestate iurisdictionali quoad absolutionem abest destitutus.

CAPUT VI.

An Pœnitens obligari possit ad detegendum extra confessionem Episcopo peccatum resecretum?

186. *Hodie Peccator obligari non potest ad detegendum occulta delicta sua extra sacramentum.*

186. **Q**uoniam quidem inter forum internum & externum Ecclesiasticum vel nullum, vel modicum fuit discrimen, ut inter alia patet ex decreto Burchardi. Nunc verò, quoniam Tribunal duplex erectum est, ad externum publica; ad internum publica, tum occulta delicta in se ad emendationem & reparationem tantum pertineant: nullus pœnitens compelli potest, secundum sententiam Ecclesie disciplinam, ad

festanda sua peccata extra Sacramentum
& Sacramenti forum internum: adeò ut
Superior absoluturus subditum, inte-
gram ejus confessionem audire, aut e-
um inauditum ad inferiorem cum facul-
tate absolvendi mittere teneatur. Quod
intelligendum est, extra casum *praced.*
c. 4. positum, & de Absolutione pro-
priè dicta.

CAPUT VII.

An Superiori liceat audire solùm
reservata, & ab iis Sacramentali-
ter absolvere?

187. *Non potest dari venia dimidiata.*

187. **S**acramentum Pœnitentiæ insti-
tutum est à CHRISTO ad for-
mam Judicii, quòd cum expositionem
ac cognitionem totius causæ prærequi-
rat, nescio quâ ratione nonnullis in-
mentem venire potuerit, ut dicerent li-
cere Superiori subditum cum reservatis
ad se venientem audire, & ab iis tan-
tum-